Quae hoc libello disserui de Iliadis usu adiectivi verbalis, ad ea investiganda adductus sum si non casu, at remotiore quadam et quam aliam ob causam ingressus eram via. Nam cum mihi verbi Homerici ὀδυνήφατος quae vulgo datur interpretatio (= dolores tollens) parum probaretur, quippe quae non convenire videretur cum ceterorum Homeri verborum simili ratione compositorum vi et usu, ad eam rem enucleandam coepi Homeri carmina et indices perscrutari, si comparatis inter se omnibus adiectivis Homericis, quae quidem huc pertinere viderentur, illius verbi ὀδυνήφατος vim et naturam nova et ab usitata interpretatione abhorrenti ratione explicare possem. Quod quidem quamquam mihi non ita contigit, ut quid de ea re existimaverim, in lucem edere possim, tamen alia quaedam invenisse mihi videor, quae cum satis magni momenti esse censeam ad illustranda nonnulla ad Homericam quae vocatur quaestionem pertinentia, in publicum dare et doctorum existimationi atque arbitrio committere audeo.

Quamquam non ignoro tantum abesse, ut ea, quae inveni, gravissimi sint ponderis aut apta ad nova itinera aperienda, ut ne careant quidem omni dubitatione et nonnulla videri possint nimis subtilia et arcessita; sed ad illam quaestionem difficillimam et impeditissimam vel aliquantulum contulisse laudi esse videtur. Jam vero si quibus videatur ipsa ratio et via, quam in ea re institi, parum digna esse divini illius Homeri sublimitate et maiestate, ut quem deceat verecundis manibus tangere nec nimis subtilibus vexare Grammaticorum argutiis, ad ea respondeo summa poëtae admiratione non excludi studium singula penitus perspiciendi et vel minima examinandi, recordatus Caueri, viri de Homerica quaestione in primis meriti, verborum, quibus monet in Homeri crisi nodosissima nullam rationem, quae quidem apta sit ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

afferendum vel paulum lucis, spernendam esse et quo sua quemque ferat indoles et natura, in eam partem incumbere eum debere. (Grundfragen, Einleitung).

Sed ut ad opus institutum redeam: quo diutius versatus eram in conferendis inter se Homeri adiectivis verbalibus, eo magis mihi persuasi Kruegerum parum recte dicere in ea re Homeri usum dicendi nil fere differre a ceteris scriptoribus (Griech. Sprachl. II 2 § 56, 17); quin immo mihi videbantur Homeri carmina in ea ipsa re habere multa, quae digna essent commemoratione.

Ac primum quidem mirabar in hoc verborum genere occurrere apud Homerum permulta adiectiva verb., quae aut propria sunt eius poëtae neque apud quemquam alium scriptorem inveniuntur, aut apud ipsum Homerum ἅπαξ εἰρημένα sunt nec nisi singulis locis exstant. Jam vero vim adiectivi verb. variam esse animadvertebam, nempe modo activam (ut ἐπιεικτός) modo passivam (ut ἀγαπητός, ἄβλητος), sed ita ut certa ratio frequentiae intercederet, cum adiectiva sensu activo vel potius transitivo adhibita perrara, sensu passivo frequentissima essent. Nec minus ille dicendi usus, quo facultas quaedam et possibilatas significatur (ut ἀμβατός, ἀνήκεστος), dignus esse videbatur, qui diligentius examinaretur. Denique inter adiectiva simplicia et composita, nuda et aliquo additamento (velut adverbio vel negatione) aucta non nihil interesse suspicabar. Multa autem adiectiva verb. posteriore aetate frequentissima et tritissima apud Homerum non legi valde mirabar (velut δυνατός, δοτός, θαυμαστός, μεστός, χρηστός).

Postremo magis magisque adductus sum ut putarem usum adiectivi verb. in Iliadis carminibus vetustissimis rariorem et certis condicionibus circumscriptum esse, in recentioribus partibus frequentiorem et multo laxiorem atque expeditiorem fieri.

Atque ad eam rem noscendam cum opus esse videretur accurata singulorum locorum disquisitione, conscripsi duas tabulas omnia Iliadis adiectiva verb. continentes alphabetico ordine distributa, ex quibus eius rei ratio manifestius appareret. Sed priusquam singulos locos examinem, pauca praemittam ad operis fines exactius circumscribendos. Ac primum quidem non sum tam obstinatus,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut asseverem adiectivum verbale illo tempore, cum vetustissima Iliadis carmina composita sunt, aut prorsus ignotum aut inusitatum fuisse; id si contenderem, iure risui essem, quippe quem fugeret creber illius dicendi formae usus in nominibus propriis antiquis, ut Ἄδρηρτος, Ἄδμητος etc. (quamquam admonendum est eiusmodi nomina propria prae magno nominum Homericorum numero in Iliade satis pauca esse*). Neque vero ignoro et multa substantiva apud Homerum frequentia originem ducere ex adiectivo verb. (cf. ἀκτή, δετή, ξυστόν, στρατός alia), et usum quorundam adiectivorum eius generis, velut βροτός, θνητός, κλειτός frequentissimum esse; sed inter vim et usum vocabulorum velut ἀπόβλητος Γ65 δωρητός, παράρρητος I 526 et θνητός, βροτός, ξυστόν permultum interesse quis non primo statim aspectu videt? Itaque in singulis locis tractandis accurate distinguendum est, utrum in usu cuiusque adiectivi verb. praevaleat vis adiectivi (aut substantivi) an verbi, vel ut aliis verbis idem fere dicam, utrum adiectiva verb., de quibus quoque loco agitur, hausta sint ex prisca et pridem inveterata verborum copia, (huc pertinent quaedam vocabula, quae ad proethnica quae vocantur tempora referenda sunt) an a poeta creata et in usum producta esse videantur.

Eius rei ratione habita magnum opus ita artioribus finibus circumscribam, ut postea silentio praetermittam aut non nisi cursim et data occasione attingam:

a) omnia nomina propria, quae sive tota sive ex parte adiectivis verb. nituntur,

b) omnia adi. verb., quae meri adiectivi vicem gerere videntur et in quibus adhibendis recordatio originis ex verbo ductae Homeri tempore aut evanescere coepit aut evanuit (velut ἄητος, βροτός, ἠλίβατος, θνητός, κλειτός, κλυτός, πιστός; cf. Latine „artus, aptus, iustus"); eodem pertinent illa vocabula, quorum fontis et originis illis hominibus in mentem venire non potuit ob eam rem, quod verbum

*) In Roberti quidem prisca Iliade (de qua mox dicturus sum) non nisi quinque nomina propria, quae fortasse huc referri possint, leguntur, neque ea quidem virorum insignium, sed satis obscurorum et quibus facile carere possit carmen: Ἄδρηστος Z 37 Ἄρητος P 494 Ἔλατος? Z 33 Κλυτίος O 419 Οφέλτιος? Λ 302.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

suppositum numquam, quoad quidem monumentorum fides pertinet, in sermone usitatum fuit (velut κυρτός, cuius vocabuli radix quae dicitur nulla exstat in monumentis linguarum Indo-Germanicarum teste Curtio).

c) omnia vocabula, quae origine adiectiva verb. substantivi loco sunt (velut γνωτός quod omnibus Iliadis locis excepto H 401 vim substantivi habet, κασίγνητος, στρατός, θέσφατον, ἱστός).

Ex eis quae modo disserui, satis apparet et Odysseae carmina ut aetate minora levioris momenti esse ad hanc quaestionem, et singularum Iliadis partium aetatem vehementissime ad eam pertinere. Itaque ab initio statim diligenter adhibui Guilelmi Christii editionem Iliadis doctam et laboriosam, quae cum aliarum rerum silvam uberrimam, tum temporum rationes, quantum quidem ad illud tempus investigari poterant, luculentissime digestas continet. Ex libris autem ad eam rem spectantibus, qui post Christii editionem in publicum venerunt, praeter Reichelii et Willamowitzii labores immensi ponderis uno omnium gravissimo imprimis usus sum: Caroli Roberti studiis in Iliadem collatis. Ne autem hoc libro tamquam fundamento quodam operis struendi uterer, eo prohibitus sum, quod in mira subtilitate et ingenti doctrina tamen nonnulla continet nimis audacia et quae temporis iudicio, quod ipse Robertus omnium verissimum et incorruptissimum esse iudicat (p. 577), nondum probata sint;*) accedit quod Christii editio temporum rationes plerumque legentium usui melius accommodatas exhibet. De discrepantiis autem Christii et Roberti, quoad quidem ad meum propositum spectant, suo quidque loco exponam.

Jam dabo tabulas duas adiectivorum verb. in Il. exstantium, primam eorum, quae aut simplicia aut adhibita praepositione composita sunt, alteram ceterorum. (Brevitatis causa liceat mihi postea illa primi ordinis, haec secundi ordinis nomine appellare). Quae partitio quam sit e re, mox appariturum esse spero. Singulis vocabulis apposui Iliadis librum et versum, carminis numerum a Christio institutum, litterarum genus ab eodem ad significandas singularum partium aetates adhibitum (cf. Chr. p. 731).

*) v. etiam quid Cauerus de Roberti libro iudicet Ilberg-Gerth Neue Jahrb. 1902, 2.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tabula A.

ἀγαπητός	Z 401	11 C		Σ 512	31 H
ἀγητός	E 787	10 B		X 121	37 D
	Θ 228	15 F	ἐπιεικτός	E 892	10 B
	X 370	37 D		Θ 32	15 F
	Ω 376	40 E		Π 549	26 C
[αἴητος (ἀητ.)]	Σ 410	31 H	ἐρατός	Γ 64	5 B
	Φ 395	36 G	εὐκτός	Ξ 98	22 F
ἀκεστός	N 115	21 C	θνητός	26 × fere	
ἀμβατός	Z 434	11 C	ἱμερτός	B 751	4 H
ἀμφήριστος	Ψ 382	39 H	καταθνητός	E 402	9 B
	527	,,		901	[10 B]
ἀμφίθετος	Ψ 270	39 H		Z 123	12 C
ἀμφίχυτος	Y 145	34 G		K 440	17 H
ἀνεκτός	A 573	2 A	κεστός	Ξ 214	22 C
	Θ 355	15 F	κλειτός	15 × fere	
	K 118	17 H	κλητός	I 165	16 F
	Λ 610	19 F	κλυτός	27 × fere	
ἀνάσχετος	E 892	10 B	κολλητός	Δ 366	8 B
(ἀασχ.)	Ω 708	40 E		I 583	16 H
ἀπόβλητος	B 361	3 B		Λ 198	18 A
	Γ 65	5 B		O 678	25 A
βροτός	44 × fere			T 395	33 D
γναμπτός	Λ 416	18 A		Ψ 286	39 H
	669	19 H	κριτός	H 434	14 F
	Σ 401	31 H	κρυπτός	Ξ 168	22 C
	Ω 41	40 E	κτητός	I 343	16 F
	359	,,	(δουρικτητήν)	407	,,
γνωτός	H 401	14 F	κυρτός	B 218	3 B
διαμετρητός	Γ 344	5 B		Δ 426	8 B
δινωτός	Γ 391	5 B		N 799	21 C
	N 407	21 C	λεπτός	I 661	16 H
δρατός	Ψ 169	38 D		K 226	17 H
δωρητός	I 526	16 H		Σ 595	31 H
ἑλετός	I 409	16 F		Y 275	34 G
ἐξαίρετος	B 227	3 B		276	,,
[ἔξαιτος]	M 320	20 C		497	[33 D]
ἐξήλατος	M 295	20 C		X 511	37 D
ἐπήρατος	I 228	16 F		Ψ 506	39 H

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

	590	39 H	πιστός	21×fere	
	854	,,	πλεκτός	Σ 568	31 H
ληιστός	I 406	16 F		X 469	37 D
	408	,,	ποιητός	E 198	9 B
λωβητός	Ω 531	40 E		466	,,
μνηστός	Z 246	11 C		K 262	17 H
	I 399	16 F		M 470	20 C
	556	16 H		Σ 608	31 H
	Λ 242	18 A		Ψ 340	39 H
νεμεσητός	Γ 410	5 B		718	,,
(νεμεσσ.)	I 523	16 H	πρόκλυτος	Y 204	34 G
	Λ 649	19 F	πρόσφατος	Ω 757	40 E
	Ξ 336	22 C	πτυκτός	Z 169	12 C
	T 182	[32 G]	ρηκτός	N 323	21 C
	Ω 463	40 E	ρητός	Φ 445	36 G
ξεστός	Z 243	11 C	στατός	Z 506	11 C
	244	,,		O 263	23 C
	248	,,	στρεπτός	E 113	9 B
	Σ 504	31 H		I 497	16 H
	Y 11	34 G		O 203	23 C
	Ω 322	40 E		Y 248	34 G
ὀνοστός	I 164	16 F		Φ 31	35 D
ὀρεκτός	B 543	4 H	συμφερτός	N 237	21 C
ὀρυκτός	Θ 179	15 F	τιτός	Ω 213	40 E
	I 67	16 H	τλητός	Ω 49	40 E
	K 198	17 H	τρητός	Γ 448	5 B
	M 72	20 C		Ω 720	40 E
	O 344	23 C	τρωτός	Φ 568	37 D
	Π 369	25 A	τυκτός	E 831	10 B
	Y 49	34 G	φυκτός	Π 128	25 A
παράρρητος	I 526	16 H	χολωτός	Δ 241	8 B
	N 726	21 C		O 210	23 C
περίκλυτος	12×fere		χυτός	Z 464	11 C
πηκτός	K 353	17 H		E 114	[22 C]
	N 703	21 D?		Ψ 256	38 D

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eam tabulam atque imprimis numeros carminum a Christio institutorum (1—40) si vel leviter oculis lustraveris, non poteris non mirari quaedam carmina omnino non esse in ista tabula, i. e. adiectivo verb. primi quidem ordinis prorsus carere; sunt autem illa carmina, quae adiectiva verb. aut nulla aut non nisi singula exhibent, cum alia quaedam tum 1, 2, 6, 7, 26, 28, 29, 30, quae et Christii et Roberti iudicio in numero antiquiorum Il. partium sunt. Liber E (carm. 9 et 10) Roberti opinione priscae Iliadi aetate proximus est; in quo occurrunt adi. verb. primi ord. novem quidem locis, sed non nisi tria (ἀνάσχετος, ἐπιεικτός 892 τυκτός 831, quae et ipsa dubia esse probaturus sum) in partibus Roberto auctore (p. 191) vetustis; secundi ord. insunt adi. verb. tredecim locis, quinque (ἄατος 863 [θέσφατον 64 substant.?] ὀδυνήφατος 900 τηλέκλειτος 401 [τηλύγετος 153]) in partibus vetustis.

Contra illa ipsa carmina, quae multitudine adiectivorum verb. a ceteris manifesto differunt (11, 16, 17, 21, 31, 34, 39, 40) criticorum fere consensu in recentissimis numerantur. Neque illud mentione indignum esse videtur, quod ea adi. verb., quae non nisi singulis locis exstant (sunt autem 34 fere numero) perpaucis exceptis in partibus recentioribus et omnium maxime in carmine 16 (πρεσβεία) inveniuntur. Sed iis, cum fortuita videri possint, non nimium tribuam.

His praemissis opus incohatum continuo Christii usque vestigiis insistens. Ante omnia opus erit ab iis adi. verb., quae sunt in partibus Christio auctore iunioribus, separare illa, quae is carminum vetustiorum atque adeo ab ipso Homero compositorum (litt. A—D) esse putat. Atque haec quidem ut imprimis ad meum propositum spectantia omissis illis accurate et singulatim iam excutiam.

Restant autem ex magno illo numero haec. adi. verb. a Christio litteris A—D notata:

ἀγαπητός Z 401 (quater in Od.). Eam partem (ὁμιλίαν Ἕκτ. καὶ Ἀνδρ.) non in prisca Iliade fuisse Roberto assentiendum esse videtur, qui eam secundae Il. attribuit (p. 436). Ecquidem si non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

v. 401—403, certe v. 401 post homiliam compositam additum esse duco; nam primum usus ille patronymici Ἑκτορίδης ab Homeri ratione dicendi abhorrere videtur (quid etiam sibi vult hoc loco adstante patre?); deinde ἀλίγκιος pro ἐναλ. invenitur in hoc uno versu Il. (accedit Od. ϑ 174 locus Kirchhoffii iudicio recentissimus); tertium pueri venustas comparata cum stella Homerico usui repugnat, qui non nisi armorum fulgorem (aut vestis splendorem Z 295) cum stellis conferre soleat (E 5 Λ 62 T 381 X 26, 318). Adde quod et pueri nomen praeter hunc locum non nisi in v. X 500 et 506, i. e. loco recentiore occurrit, et illa quae datur eius nominis interpretatio non Homeri ingenium, sed posterioris hominis loquacitatem prodit; denique verbi ἀγαπάω usus Iliadi ignotus est nec nisi in Odyssea (φ 289 ψ 214) exstat. (Ω 464 ἀγαπάζεμεν, Π 192 ἀμφαγαπαζόμενος, uterque locus recentissimus; ἀγαπήνωρ vocab. dubiae originis non nisi locis posterioribus aetate).

ἀγητός E 787 X 370. Prior locus est in ea Iliadis parte, quae ab Hauptio et Friedlaendero (aliisque v. AH. II 64 ss.*) damnata sit; Christius illi aut assentiri aut certe non obloqui videtur (p. 299); Robertus eam damnationem haud cunctatus probat (p. 189) cum dicit neminem serio dubitare posse, quin ea pars recentioris sit originis. — Alterum versum X 370 Christius litt. D notat, Robertus ei Il. parti assignat, quam vetustam quidem, sed post priscam Iliadem confectam Ἕκτορος ἀναίρεσιν vocat (v. p. 248, 503). Ceterum haud scio, an sine venustatis et granditatis iactura vers. 369—375 abesse possint; certe v. 371 a posteriore assutum esse Nauckio assentiendum est; tum illud ἀνουτητί saltem tollitur.

ἀκεστός N 115. Is versus cum antecedente eiectus est a Bekkero, quem sequitur Christius v. 114 et 115 uncis includendo; Robertus eam partem libri N tertiae Iliadis esse censet (p. 478). Ipsa vis illius vocabuli suspecta et vix ferenda est, cum possibilitatis sensum (= sanabilis) habeat. Qui usus dicendi in vetustioribus Il. partibus perrarus singulis locis examinandus est. Jam

*) A H. I—VIII = Ameis, Anh. zur. Il. ed. Hentze, ed. novissima.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nunc licet asseverare adiectiva verb. isto sensu adhibita aut locis dubiae fidei (ἀμβατός Z 434) exstare aut apposito negandi vocabulo (οὐ, οὐκέτι) determinata esse (ἀνεκτός A 573, praeterea locus addubit. ἀπόβλητος B 361 Γ 65 φυκτός Π 128; cf. Latine invictus = invincibilis). Qui versus repugnare videntur (ῥηκτός N 323 στρεπτός O 203) eos suo quemque loco accuratius tractabo. At ne in recentioribus quidem Il. partibus iste usus frequentior fit (ἀνεκτός (οὐκέτ') Θ 355 K 118 Λ 610 ἑλετός I 409 κτητός I 407 λῃστός I 406, 408 νεμεσσητός I 523 T 182 ὀνοστός I 164 στρεπτός I 497 τρωτός Φ 568); iure mireris librum I, quem in novissimis Il. carminibus numerandum esse omnes fere consentiunt, hunc usam omnium maxime frequentare.

ἀμβατός Z 434 in vers. 433—9 ineptissimis et praeter Larochium, Koechlyum, Bergkium alios iam ab Aristarcho damnatis; ibidem occurrit ἀγακλυτός 436, quod nusquam alibi in Il. (octies in Od.) est. Totam eam partem cum Homeri arte, tum Andromachae ingenio et pudore muliebri indignam a posteriore interpolatore, qui versum 441 ἦ καὶ ἐμοὶ τάδε πάντα μέλει falso interpretaretur (haec omnia mei officii sunt pro: mihi dolori sunt), insertam esse ecquidem non dubito*), licet nonnulli magna subtilitate eos versus defendere studuerint. Robertus eam rem iniudicatam relinquit (p. 437).

ἀνεκτός A 573. Versus illi 493—611 a Lachmanno, Koechlyo, Teuffelio, Brandtio aliis in suspicionem vocati sunt, quibus fortiter assentitur Robertus, qui dicit (p. 216) universum finem libri A esse novum. Quorum virorum accedere iudicio non dubito, praesertim cum in ea parte numerus adiectivorum verb. solito maior me offendat: παλινάγρετος 526 ἀτελεύτητος 527 ἄαπτος 567 (κλυτοτέχνης 571) ἄσβεστος 599.

ἀνάσχετος E 892 (lectio e coniectura profecta est, codd. ἀάσχ). Dubito an v. 892—894 posterioris originis sint, cum salvo utique sensu eici possint, et ante omnia illud ἐπιεικτόν me vehementissime

*) cf T 77 ss. ubi idem accidere videmus, ut prava sequentis versus (79) interpretatio causa fuerit, cur interpolator versus antecedentes corrigendos esse putaret inserto versu 77.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

offendat, quod vim activam habet (= concedens), quem usum in Iliadis partibus veteribus paene ignotum esse postea ad ἄφθιτος (Tab. B) accuratius monstrabo. Item formae verbi δάμνημι (pro δαμνάω, δαμάω) recentiorum aut dubiarum partium propriae esse videntur (Ε 746 Θ 244, 390 Λ 309 (AH. IV 104) N 16 (Ro. p. 123), 353 O 376 Φ 401). Sed non solum verba, sed etiam res si respicies, illos versus gravissimae offensioni esse videbis; nam tum cum illi versus nati sunt, apparet iam eam de Jovis et Junonis vita coniugali opinionem vulgarem fuisse, quam a prisca religione et verecundia diversam posterioris aetatis lascivia et cavillatio instituit. Eo magis miror Robertum, qui eam rem copiose tractat (p. 467 s.), illos versus carmini de Diomedis rebus gestis, quod ipse satis antiquum esse vult, reliquisse.

ἀπόβλητος B 361 Γ 65. Quamquam v. B 361 facillime deleri potest, tamen cur id faciam causam non esse puto, cum tota illa pars libri B 53—381 a Roberto ut ineptissima gravibus argumentis damnetur (p. 218) et tertiae Iliadi attribuatur (p. 469). — At ne in v. Γ 65 quidem adiectivum verb. offensioni esset, quando quidem addita negatione sensus eius loci „non repudianda sunt munera etc.“ tolerari potest (v. ἀκεστός). Verum in illa carminis parte a Schoemannio in suspicionem vocata (v. Chr. p. 240) vehementer mihi officiunt adiectiva verb. ἀτάρβητος 63 et imprimis ἐρατός 64, utrumque ἅπαξ εἰρημ. Neque vereor versus 63—66 (64—66?) lacessere, praesertim cum etiam orationis perspicuitatem et concinnitatem valde turbent. Sed ad eam rem postea, cum voc. ἐρατός tractabo, rediturus sum. Robertus eam partem (Alexandri et Menelai certamen) non quidem priscae Iliadis, sed vetustam et illius tamquam germen quoddam esse putat (p. 208).

γναμπτός Λ 416. Id vocabulum quamquam plerumque in partibus posterioris originis (Λ 669 Σ 401 Ω 41, 359) legitur, tamen non est quod hoc loco vexare coner, quia in numero eorum verborum esse videtur, quae ex communi sermone petita neque a poëta inducta sint.

διαμετρητός Γ 344 non facile impugnari posse videtur, ac paene vereor ne mihi alteri Homeromastigi triste nomen detur, si hunc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quoque locum aggredior; attamen non possum non haec admonere: 1. Vers. 344—345 una cum versu coniuncto 315 levissime carmini inhaerent et facile tolli possunt. 2. Ipsa illa libri Γ pars Roberto quidem auctore (p. 207 s.) nonnullis additamentis posterioribus vitiata est (330—333, v. antecedens 343, 358 aliis). 3. In certamine Hectoris et Aiacis (l. H) ad exemplar libri Γ composito nullum vestigium apparet illius moris dimetiendi pugnae loci, quamquam ceteri certaminis apparatus diligentissime et minutissime describuntur. 4. Ipsa denique brevitas v. Γ 315 suspicioni est; nam verisimile est poëtam mentione semel facta dimetiendi eam rem manifestius et latius descripturum fuisse; at in versu assuto illa brevitas et obscuritas non ita mira esse debet; minoris est momenti, quod verbum μετρεῖν in Iliade nusquam alibi invenitur, μέτρον ubique fere, excepto v. M 422 recentioris originis, liquoris mensuram significat.

δινωτός Γ 391 N 407 sensu technico et praegnanti (= εὖ διν.) adhibitum, quem usum prisco poëtae notum fuisse non negaverim. Ceterum uterque versus in carminis parte vehementer dubia est: libri Γ illa pars a Lachmanno et Benickenio eiecta, v. N 407 et 408 a Roberto (p. 10, 111) priscae Iliadi abiudicati sunt.

ἑξαίρετος B 227. In crisi libri B nodosissima plerumque sequor Robertum, qui cum alias illius libri partes, tum istam de Thersite narrationem recentissimam esse iudicat (p. 469 s.); ipsi autem vv. 227—228 praecedente Zenone a nonnullis damnantur (v. A H. I 125).

ἕξαιτος M 320 (ter in Od.). Id vocabulum cum dubiae originis sit, haud scio an omitti possit; ceterum complures viri docti maximae auctoritatis vv. 290—429 interpolatos esse statuerunt (v. A H. IV 136 ss.). Ecquidem non dubito etiam in aestimando libro M Roberti vestigia premere, qui cum universum eum librum recentiorem esse iudicat (p. 149 ss.), tum Sarpedonis res gestas posteriore tempore in Iliadem insertas esse docet (p. 393 ss. impr. 396). Commemoratione dignum videtur, quod in illa parte inveniuntur nonnulla alia adi. verb. ἑξήλατος 295 ἀπείρητος 304 (idque sensu inusitato et raro) ἀκόρητος 335.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐξήλατος M 295, de quo vide, quae modo de ἔξαιτος dixi.

ἐπήρατος X 121 (praeterea I 228 Σ 512 locis sine dubio serae originis). Versum X 121 codd. A et D omiserunt (Chr. p. 657); idem fecit Robertus (p. 524), haud scio an optimo iure.

ἐπιεικτός E 892 Π 549. Priorem versum suspectum esse iam supra ostendi (cf. ἀνάσχετος). Maiorem etiam offensionem habet Π 549, ubi πένθος οὐκ ἐπιεικτόν dicitur sensu prorsus miro et obscuro; hoc quoque loco paucis versibus (549—551) omissis orationem expeditiorem et lucidiorem fieri quis neget? Robertus eam de Sarpedonis morte narrationem ut antiquiorem, ita non priscae Iliadis esse putat (v. impr. p. 400). Ego in re dubia nodum vi dissecare dubito.

ἐρατός Γ 64. Id vocabulum quo longius aetate progredimur, eo frequentius fieri videmus; in hymnis quidem et in Hesiodi theogonia saepe reperitur. Sed praeterquam quod illud ἐρατός hoc uno loco et in Il. et in Od. occurrit, etiam verbi προφέρειν sensus et ipse unicus me offendit (= crimini dare!). Item χρυσέην Ἀφροδίτην (ibid.) durus lacesso et impugno: ante omnia illud statuendum est epithetum χρύσεος in Iliade omnibus fere locis atque iis quidem paene innumerabilibus dictum esse de armis, instrumentis, poculis, rebus similibus, id est sensu naturali et vero; perpaucis locis iisque iunioribus pertinet ad colorem et fulgorem rei comparatae (χρ. νέφος N 523 E 344 Σ 206; de Σ 206 v. Rob. p. 88). De Venere, cuius nomen tricies fere in Il. occurrit, dictum est sexies: Γ 64 E 427 I 389 T 282 X 470 Ω 699; quattuor quidem eorum versuum in partibus recentioribus esse nemo negabit; restant Γ 64 et E 427; v. E 427 et totam eam Il. partem (311—444) cum alii tum Robertus (p. 183) vehementer impugnavere (v. etiam AH. II 61, 65). — Ac primum quidem rogabis, quid sibi velit illud χρυσέη. Quidam homines docti nostrorum temporum id epithetum obscuram scholiastae cuiusdam annotationem probantes ex Chryse, quod vetustissimum eius deae sanctuarium fuisse dicunt, ductum esse opinantur (Pauly-Wissowa Realenc. ad Chryse). Contra Robertus in Prelleri Mythol. Gr. (ed. IV. p. 368) veterem interpretationem sequitur, cum annotat illud epithetum primo videri significasse

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

venustatis splendorem. Si epithetum vetus et ex Chryse repetitum est, qui fit, ut tam raro nec nisi locis plerumque recentioribus aut dubiis apparet, cum ipsum per se aptissimum sit metro et colori poëtico et menti atque auribus dulcedine quadam blandiatur? Ego quidem Roberto ita assentior ut existimem Venerem tum demum auream dici potuisse, cum vera et innata eius vocabuli vis iam obsolescere et in metaphoram cedere coeperat. (In Od. Veneris nomen undecies legitur, addito χρυσέη quinquies; in Theogonia quinquies exstat.) Illud quidem es eis, quae disserui, apparet χρυσέην Venerem, quae ipsa Roberti priscae Iliadi deest (v. p. 375), plerumque in recentioribus Il. partibus dici. Numquid igitur nimis temerarium est, si iterum (cf. ἀπόβλητος) versus Γ 63—66 suspectos esse duco?

καταθνητός E 402, 901 Z 123 locis dubiis et suspectis; id vocabulum recentiorum partium Il. esse apparet. De E 402 vide Rob. p. 557.

κεστός E 214 sensu technico adhibitum et haud scio an e communi sermone petitum; mirum est, quod hoc uno loco reperitur. Neque vero quisquam illam partem (Διός ἀπάτη) veterem esse iudicabit.

κολλητός Δ 366 Λ 198 O 678 T 395 ubique sensu technico et praegnanti neque impugnando; ceterum excepto v. Λ 198 illi versus aut ab ipso Christio (p. 263) aut a Roberto (p. 143, 244) addubitati sunt.

κρυπτός Ξ 168 ἅπ. εἰρημ. meri adiectivi loco, praeterea in ea parte carminis, quam neminem priscae Iliadi vindicaturum esse Robertus putat (p. 119; 457). v. κεστός.

κμρτός B 218 Δ 426 N 799 videtur praetermitti posse ut adiectivum vetus dubiae originis.

λεπτός Y 497 X 511. Id vocabulum in Il. satis frequens est, quippe quod decies occurrat; sed partibus vetustissimis prorsus deest; etiam illi duo versus, quos Christius litt. D notans ceteris antiquiores iudicat, in partibus vehementer dubiis insunt: Y 497 est in versibus ab ipso Christio uncis inclusis 495—503, X 511 in ea parte carminis de morte Hectoris, quae utrum veterior an

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

postea addita sit Robertus dubitat (p. 248); v. etiam A H. VII 78, VIII 16. Certe illud. λεπτός, quod recentiorum partium proprium esse videtur, me movet, ut una cum multis criticis finem libri X à versu 395 fere veteri carmini abiudicem; ibidem offendunt ἀκηδέστως 465*) et πλεκτός 469.

μνηστός Z 246 Λ 242. Id vocabulum quater in Il. legitur et ubique iunctum est cum subst. ἄλοχος. Z 242—312, qui versus pleni sunt offensionum, cum Roberto (p. 195, 570) damno et recentissimae aetati attribuo. (In ea parte insunt praeterea ξεστός 243, 244, 248 ἄνιπτος 266 ἥκεστος 275, 309). — Λ 242 est in parte a Christio litt. A significata; sed. vv. 218—263 nunc a Roberto impugnati et e prisca Iliade eiecti sunt (p. 155 s. 384). (Duentzer eiecit 241—247, item Moritzius, A H. IV 101.) Roberto ut assentiar adducor cum argumentis ab eo allatis, tum vocabulo ἀριδείκετος (248), quod rarissimum praeter hunc versum non nisi in v. Ξ 320, i. e. in parte recentissima, legitur. Sed iis versibus damnatis et posteriori aetati assignatis efficitur, ut ipsum vocab. μνηστός novicium putandum sit. (Apparet etiam I 399, 556! et in Od. α 36 λ 177). Cui rei optime respondet, quod ea vis verbi μνᾶσθαι, quam habent verba Latina „uxorem ducere sive poscere" in Iliade plane ignota est et substantivum μνηστήρ deest Iliadi.

νεμεσσητός Γ 410 E 336. Id quoque vocab. plerumque partium recentiorum aut addubitatarum est (I 523 Λ 649 T 182 Ω 463). Vers. Γ 410 est in parte et a schol. A et a Lachmannio, Benickenio, Bergkio aliis damnata; Robertus et ipse vv. 396 - 418 eius poëtae esse dicit, qui Paridis et Menelai certamen Iliadi intexuerit (p. 434). Ξ 336 est versus carminis, quod Διὸς ἀπάτην vocant, de quo v. κεστός et κρυπτός.

ξεστός Z 243, 244, 248 sensu technico usurpatum. Notandum est vocab. ξεστός excepto libro Z locis omnium consensu novis esse (Σ 504 Y 11 Ω 322). Verum etiam illam libri Z partem Robertum unam omnium novissimam iudicare iam supra (ad μνηστός) memoravi.

*) de adverbii usu in fine libri pauca dicturus sum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ὀρυκτός M 72 O 344 Π 369. De hoc vocabulo non est quod multis verbis tempus et operam perdam, sed satis habeo illud Roberti afferre, qui p. 149 concise et breviter dicit primae Iliadi murum navium ignotum fuisse et una cum muro fossam et ipsam in nihilum interire. Tres autem illi versus cum omnes nullo labore tolli possunt, tum Π 369 quasi exemplum quoddam versus illepide assuti est.

παράρρητος (I 526 loco recentissimo) N 726 sensu miro et difficili. Non valde dolendum est, quod Robertus vv. 723—753 praecedentibus aliis (A H. V 15 s. 20) ad posteriorem poëtam refert (p. 475). Me quidem imprimis laedit illud στέφανος πολέμοιο 736, quod epigoni artem sapit.

πλεκτός X 469. Eam partem cum Roberto aliisque multis recentiorem esse duco. (v. λεπτός).

ποιητός E 198, 466 M 470. E 198 est in parte ab Hentzeio (II 79) et Roberto (p. 182) labefactata; v. E 466 et ipse a Roberto (p. 186 s.) vetusto carmini abiudicatus est; item v. M 470 cum toto libro M, Roberto si velis credere, posteriori aetati addicendus est.

πτυκτός Z 169. Diomedis et Glauci pactionem, ad quam is versus pertinet, multi varie insectati sunt (A H. II 133 ss.). Robertus aestimationem eorum versuum ut procul dubio recentiorum paucis absolvit (p. 195).

ῥηκτός N 323. Is versus mihi duabus de causis suspectus est: primum quod adiectivo verb. facultatis vis inest (= perfringendus), deinde quod ad ῥηκτός referendum est ex versu 322 εἴη, quod verbum intercedente ἔδοι a sequente versu separatum aegre et parum luculente ad ῥηκτός pertinet. Idem offendor vocab. αὐτοσταδίῃ 325, quod in Il. et Od. ἅπ. εἰρ. est. Tota ea pars (246—329) a Roberto posteriori poëtae data est (p. 461, 474). Cf. A H. V 19 s.

στατός Z 506 O 263. Illum versum nemo adhuc lacessivit, hunc Robertus (aliique v. A H. V 134) primae Iliadis fuisse negat (p. 389). Suspicor id vocabulum in numero eorum esse, quae poëta de medio sumpserit atque e re rustica quidem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

στρεπτός E 113 O 203. Priorem locum tangere non audeo; sed ne sic quidem illud adi. verb. turbat circulos meos, quia sensum technicum habet. Alterum versum Robertus priscae Iliadi vindicat (p. 138 s.). Sed ita non mihi persuadeo illud στρεπτός sensu possibilitatis sine negandi vocabulo adhibitum non prodere posterioris aetatis iudicium, ut contra negem hunc versum O 203 genuinum esse, idque Robertum ipsum secutus, qui et praecedentem et subsequentem Neptuni orationem binis versibus tenus (185—186, 206—207) resecat (p. 422). Nonne egregia concinnitas esset, si Iris et ipsa, utpote Neptuni verbis irritata, brevi et forti illa dicendi ratione uteretur, quam Robertus identidem prisci poëtae propriam esse dicit? Sane etiam v. 201 tollendus esset. (Poseidonis appellatio in oratione omissa non debet offensioni esse: cf. ex prisca Iliade A 173, 207, 254, 293 Ξ 53, O 718, ubi eum, qui loqui incohat, sive iratum sive trepidum et festinantem allocutionem omittere et in medias tamquam res ire videmus.) Neptuni et Iridis dialogus a v. 184 tum is esset:

τὴν δὲ μέγ᾽ ὀχθήσας προσέφη κλυτὸς Ἐννοσίγαιος· 184
„ὦ πόποι, ἦ ρ᾽ ἀγαθός περ ἐὼν ὑπέροπλον ἔειπεν, 185
εἴ μ᾽ ὁμότιμον ἐόντα βίῃ ἀέκοντα καθέξει.“ 186

τὸν δ᾽ ἠμείβετ᾽ ἔπειτα ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις· 200
„τόνδε φέρω Διὶ μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε; 202
οἶσθ᾽ ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐρινύες αἰὲν ἕπονται.“ 204

τὴν δ᾽ αὖτε προσέειπε Ποσειδάων ἐνοσίχθων· 205
„Ἶρι θεά, μάλα τοῦτο ἔπος κατὰ μοῖραν ἔειπες. 206
ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ᾽ ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.“ 207

ὣς εἰπὼν λίπε λαὸν Ἀχαιικὸν Ἐννοσίγαιος 218
δῦνε δὲ πόντον ἰών, πόθεσαν δ᾽ ἥρωες Ἀχαιοί. 219

συμφερτός N 237. Versus illepidus et omnino supervacaneus videtur interpolatus esse a rhapsodo sententiarum cupido vel versum 238 prave interpretante. Robertus v. 210—401 secundae Iliadi tribuit (p. 110).

τρητός Γ 448 sensu technico et in parte addubitatae et malae fidei (v. δινωτός).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τρωτός Φ 568. De eius verbi sensu et vi idem fere dicendum est, quod modo de στρεπτός O 203 disserui; accedit quod illa pars carminis a Christio litt. D (h. e. signo non ita priscae originis) notatur, a Roberto carmini de morte Hectoris, quod et ipsum non vetustissimum est, addicitur; denique non praetermittendum esse videtur eam partem libri Φ (526—611) a nonnullis vehementer impugnatam esse (A H. VII 97, 114). Mihi quidem dubium non est, quin ea pars Iliadis, si quidem vetustiore fundamento nititur, multifariam postea mutata et novata sit; ibidem v. 592 legitur vocab. molestissimum νεότευκτος.

τυκτός E 831. Locus spinosus et plenus difficultatum; nam neque satis constat, quid sibi velit illud τυκτὸν κακόν, et τοῦτον μαινόμενον atque ἀλλοπρόσαλλον odiosa et molesta sunt; certe illa verborum superlatio et acervatio, quam Minervae oratio prae se fert, a simplicitate et lepore veteris poëtae conspicue differt. (cf. Martis nomen ter parvo intervallo positum; post μήτε σύγ' Ἄρηα δείδιθι iterata cohortatio μηδ' ἄζεο θοῦρον Ἄ.). Etiam vocab. ἐπιτάρροθος (828) et κεχαρισμένος (826), quae plerumque locis posterioribus exstent, suspecta sunt. Duentzerus vv. 830—834 damnavit. Ecquidem haud scio an illi versus iniquas senserint manus posteritatis, quae non solum nova carmina veteribus addidit, sed etiam sive studio ducta carminum compages firmandi aut etiam abdendi, sive antiquae simplicitatis et severitatis satietate quadam et fastidio imbuta variis additamentis veteris Iliadis fines exiguos illos quidem paulatim propagavit.

φυκτός Π 128. Vers. 102—129 quamquam varie impugnati sunt (v. A H. VI 12 ss.) tamen et a Christio et a Roberto priscae Iliadi dantur. Ego quidem fateor me illa verba μὴ . . . οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται obliquo oculo lustrare, quae cum Odysseae versibus ϑ 299 et ξ 489 suspiciosa cognatione iuncta sint. In Iliade comparari potest ad grammaticum dicendi usum unus v. Ξ 98 . . . εὐκτὰ γένηται, quem versum criticorum fere consensu partis recentissimae esse constat. Itaque in eo libro, quem posteriorum additamentis large effuseque auctum atque adeo corruptum esse, quicunque diligentius perlegit, videt, si non Bernhardyi et Caueri illorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

versuum damnationem probo, certe hunc vel illum versum priscae Iliadi sine dubio addici posse nego.

χολωτός Δ 241 O 210. Priorem versum et eam Il. partem a Kammero, Hoffmannio, Bergkio aliis damnatam neque Christius veterem esse firmiter asseverat (p. 263). Item Robertus vv. Δ 223—421 veteri Iliadi abiudicat (p. 210). — V. O 210 quamquam in parte ante Robertum a nullo lacessita est, tamen libenter accedo ad illius sententiam, qui vv. 208—217 postea insertos esse statuit (p. 139). Cf. etiam στρεπτός.

χυτός Z 464 Ψ 256. Ille versus est in parte a Larochio damnata (A H. II 132); Robertus universam ὁμιλίαν satis veterem quidem, sed non antiquissimam esse probat (p. 198). V. Ψ 256 et ipsum recentioris partis esse non est quod multis verbis demonstrem.

Quae modo disserui etsi non omnia omnibus probabuntur, tamen spero illud iis effectum iri, ut cuivis persuadeatur adiectivi verb. usum re vera in partibus vetustis Il. rariorem esse et locos eos, ubi occurrit, dignos esse qui critica ratione inquirantur.

Ad eam opinionem meam optime illud congruit, quod in illis Iliadis versibus, quos Robertus priscae Iliadis esse statuit et separatim typis excudendos curavit (p. 272—349) perquam pauca adi. verb. primi ordinis reperiuntur. Nam cum numerus illorum versuum plus duorum milium (2146) sit, in iis tantum haec adi. verb. leguntur: γναμπτός Λ 416 θνητός A 339 κλυτός Z 504 O 173, 184 Π 64 Σ 192 (περίκλυτος Z 324) κολλητός Λ 198 κυρτός Δ 426 N 799 πιστός O 437 P 500 στατός Z 506 στρεπτός O 203 φυκτός Π 128; quin etiam, si θνητός, κλυτός, κυρτός, πιστός separes, vix quattuor quinqueve adi. verb., quae quidem ad meum propositum spectent, remanent.

Non ita rarus fuisse videtur usus adiectivorum verb. secundi ord., in quibus ea, quae cum ἀ privativo quod dicitur composita sunt, ceteris numero praestant. Id comprobare videtur priscorum carminum poëtam, si rem universam spectes, non quidem largiter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adhibuisse adiectiva verb., sed tamen, si aliquo additamento atque imprimis negandi vocabulo aucta erant, ab iis non abhorruisse. (cf. quae supra identidem dixi de addito οὐ, οὐκέτι adiectivis verb. primi ordinis.) — Non alienum a re esse videtur, haec quoque adi. verb. (secundi ord.) in tabula conscripta oculis subicere.

Tabula B.

ἀάατος	Ξ 271	22 C	[ἀθέμιστος]*)	I 63	16 H
ἄαπτος	A 567	2 A	ἀθέσφατος	Γ 4	5 B
	H 309	13 C		K 6	17 H
	Θ 450	15 F	ἄιστος	Ξ 258	22 C
	Λ 169	18 A	[ἀκήδεστος]*)	Z 60	11 C
	M 166	20 C		X 465	37 D
	N 49	21 C		Ω 417	40 E
	77	„	ἀκήρατος	O 498	24 C
	318	„		Ω 303	40 E
	Π 244	25 A	ἀκίχητος	P 75	27 C?
	P 638	27 A	ἄκλαυτος	X 386	37 D
			ἀκόρητος	H 117	13 C
	Y 503	33 D?		M 335	20 C
ἄβλητος	Δ 540	8 B		N 621	21 C
ἄβροτος	Ξ 78	22 F		639	„
ἀγακλειτός	B 564	4 H		Ξ 479	22 C
	M 101	20 C		Y 2	34 G
	Π 463	26 C	ἀκράαντος	B 138	3 B
	Σ 45	29 ?	ἄκρητος	B 341	3 B
	Φ 530	37 D		Δ 159	[7 B]
ἀγακλυτός	Z 436	11 C	ἄκριτος	B 796	3 B
[ἀγέραστος]*)	A 119	1 A		Γ 412	5 B
[ἀδάκρυτος]*)	A 415	2 A		H 337	14 F
ἀδάμαστος	I 158	16 F		436	„
ἀδήριτος	P 42	27 ?		Ξ 205	22 C
ἄδμητος	K 293	17 H		304	22 C
	Ψ 266	39 H		Ω 91	40 E
	655	„	ἀκριτόμυθος	B 246	3 B
ἄθαπτος	X 386	37 ?**)	ἀκριτόφυλλος	B 868	4 H

*) incertum an ex substantivo originem duxerit.
**) v. Christ, Gesch. d. gr. Litt. [1] p. 32.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἄλαστος	Χ 261	37 D	ἀνούτατος	Δ 540	8 B
	Ω 105	40 E	ἀνουτητί	Χ 371	37 D
ἄληκτος	Β 452	3 B	ἄουτος	Σ 536	31 H
(ἄλλ.)	Ι 636	16 F	ἄπαστος	Τ 346	32 G
	Λ 12	18 A	ἀπείρητος	Μ 304	20 C
	Ξ 152	22 F		Ρ 41	27 ?
ἀλίαστος	Β 797	3 B	ἄπιστος	Γ 106	5 B
	Μ 471	20 C		Ω 63, 207	40 E
	Ξ 57	14 H	ἀπόρθητος	Μ 11	20 C
	Π 296	25 A	ἄπρηκτος	Β 121, 376	3 B
	Υ 31	34 G		Ξ 221	22 C
	Ω 549	40 E	ἀπριάτην **)	Α 99	1 A
	760	,,	ἀπροτίμαστος	Τ 263	32 D
ἄλυτος	Ν 37	21 C	[ἀπτοεπής]*)	Θ 209	15 F
	360	21 ?	ἀπύρωτος	Ψ 270	39 H
[ἀμαιμάκετος]*)	Ζ 179	12 C?	ἄρεκτος	Τ 150	32 G
	Π 329	25 ?	ἀρηίφατος	Τ 31	32 D
ἀμαρτῇ	Ε 656	10 C?		Ω 415	40 E
	Σ 571	31 H	ἀρίγνωτος	Ν 72	21 C
	Φ 162	35 D		Ο 490	24 C
ἀμαχητί	Φ 437	36 G	ἀριδείκετος	Λ 248	18 A
ἀμαρτοεπής	Ν 824	21 C		Ξ 320	22 F
ἄμβροτος	11× fere		ἄρρηκτος	Β 490	4 H
ἀμέγαρτος	Β 420	3 B		Ν 37, 360	21 C
ἀμείλικτος	Λ 137	18 A		Ξ 56, 68	22 F
	Φ 98	35 D		Ο 20	23 C
ἀμογητί	Λ 637	19 F		Υ 150	34 G
ἄμοτον	Δ 440	8 B		Φ 447	36 G
	Ε 518	10 B	ἄρρητος	Ρ 37	27 C
	Ν 40, 80	21 C	(ἀρητός alii)	Ω 741	40 E?
	Τ 300	32 G	ἄσβεστος	10×	
	Χ 36	37 D	ἀσήμαντος	Κ 485	17 H
	Ψ 567	39 H	ἄσπετος	17×	
ἀμώμητος	Μ 109	20 C	ἄσχετος	Π 549	26 C
ἀνδρόκμητος	Λ 371	18 A	ἄτος	Ε 388	9 B
ἀνήκεστος	Ε 394	9 B	(ἄατος)	863	10 B
	Ο 217	23 C		Ζ 203	12 C
ἄνιπτος	Ζ 266	11 C		Λ 430	18 A
ἀνιπτόπους	Π 235	25 A		Ν 746	21 ?
ἀνώιστος	Φ 39	35 D		Χ 218	37 D

*) dubiae originis.
**) de eo voc. v. Seiller-Cap., AH. I 48, Curt. Etym. [5] p. 649

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀτάρβητος	Γ 63	5 B		Π 700	26 C
ἀτέλεστος	Δ 26, 57, 168	7 B		Φ 516	36 G
		,,		Χ 195	37 D
ἀτελεύτητος	Α 527	2 A	εὔκτιτος	Β 592	4 H
	Δ 175	7 B	εὔννητος	Σ 596	31 H
ἀτίμητος	Ι 648	16 F		Ω 580	40 E
	Π 59	25 ?	εὔξεστος	Η 5	11 C
ἄτιτος	Ν 414	21 C		Κ 576	17 H
	Ξ 484	22 C		Ν 613	21 C
ἄτλητος	Ι 3	16 F		Π 402	25 A
	Τ 367	32 ?		Σ 276	30 D
[ἀτρύγετος]*)	Α 316	1 A		Ω 271, 275, 280, 590	40 E
	327	2 A			,,
	Ξ 204	22 C	εὔπηκτος	Β 661	4 H
	Ο 27	23 C		Ι 144, 286, 663	16 F
	Ρ 425	28 A			
	Ω 752	40 E		Ω 675	40 E
αὐτόματος	Β 408	3 B	εὔπλεκτος	Ψ 115	38 D
	Ε 749	10 B		335	39 H
	Θ 393	15 F	εὐποίητος	Π 106	25 A
	Σ 376	31 H		636	26 C
ἀφαμαρτοεπής	Γ 215	6 B	εὔπρηστος	Σ 471	31 H
ἄφαντος	Ζ 60	11 C	εὔτμητος	Η 304	13 C
	Υ 303	34 G		Κ 567	17 H
ἄφθιτος	Β 46, 186	3 B		Φ 30	35 D
	Ε 724	10 B		Ψ 684, 825	39 H
	Ι 413	16 F	εὔτρητος	Ξ 182	22 C
	Ν 22	21 C	εὔτυκτος	Γ 336	5 B
	Ξ 238	22 C		Θ 44	15 F
	Σ 370	31 H		Κ 566	17 H
	Ω 88	40 E		Ν 26, 240	21 C
δουρίκλειτος	Ε 55	9 B		Ο 480	24 C
	578	10 B		Π 137	25 A
	Κ 230	17 H	ἤκεστος	Ζ 94, 275	11 C
	Λ 333	18 A		309	,,
	Ψ 355	39 H	[ἠλίβατος]*)	Ο 273	23 C
δουρίκλυτος	20 × fere			619	25 A
ἐλεόθρεπτος	Β 776	4 H		Π 35	25 A
εὔδμητος	Α 448	2 ?	θεόδμητος	Θ 519	15 F
	Μ 36, 137, 154	20 C	θέσφατος	Ε 64	9 B
				Θ 477	15 F

*) dubiae originis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἱππόβοτος	Β 287	3 B	ὀνομάκλυτος	Χ 51	37 D
	Γ 75, 258	5, 6 B	ὀψιτέλεστος	Β 325	3 B
	Δ 202	7 B	παλινάγρετος	Α 526	2 A
	Ζ 152	12 C	πολυδάκρυτος	Ω 620	40 E
	Ι 246	16 F	πολύκεστος	Γ 371	5 B
	Ο 30	23 C	πολύκλητος	Δ 438	8 B
	Τ 329	32 H		Κ 420	17 H
κηρεσσιφόρητος	Θ 527	15 F	πολύκμητος	Ζ 48	11 C
				Κ 379	17 H
κλυτόπωλος	Ε 654	10 ?		Λ 133	18 A
	Λ 445	18 A	πολύπλαγτος	Λ 308	18 A
	Π 625	26 C	πυρίκαυστος	Ν 564	21 C
κλυτοτέχνης	Α 571	2 A	τηλέκλειτος	Ε 491	10 ?
	Σ 143	29 D		Ζ 111	11 C
	391	31 H		Ι 233	16 F
κλυτότοξος	Δ 101, 119	7 B		Μ 108	20 C
κοτυλήρυτος	Ψ 34	38 D		Ξ 321	22 F
μελάνδετος	Ο 713	25 A	τηλέκλυτος	Τ 400	33 D
νεόσμηκτος	Ν 342	21 C	[τηλύγετος]	Γ 175	6 B
νεότευκτος	Φ 592	37 D	dub. orig.	Ε 153	9 B
νεούτατος	Ν 539	21 C		Ι 143	16 F
	Σ 536	31 H		285	„
ὀδυνήφατος	Ε 401, 900	9, 10 B		482	„
	Λ 847	19 F	τρίλλιστος	Θ 488	15 F

Addenda sunt: εἰκοσινήριτος? Χ 349 37 D et
λεπταλέος? Σ 571 31 H.

De voc. νηγάτεος cf. Göbel Lexil. II 589.

ἀάσχετος v. ἀνάσχ. Tab. A.

Eam tabulum si aeque atque priorem perlustraveris ratione habita numerorum carminum a Christio institutorum, miraberis haec carmina adiectivorum verb. multitudine ceteris antecellere:

c. 21 (l. N continens, Roberto auctore magna ex parte recentiorem) . . . . . 24 locis
c. 40 (l. Ω) . . . . . 19 „
c. 22 (l. E) . . . . . 16 „
c. 16 (l. I, πρεσβεία) . . . 19 „

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sequuntur carmina 3 (ὄνειρος et διάπειρα l. B.), 25 (O 592—Π 418) 18 (Λ 1—595), 37 (Φ 526—X 515), 20 (l. M), 11 (Ἕκτ. καὶ. Ἀνδρ. ὁμιλ.), 2 (λιταί A 318—611), quae omnia aut maiorem partem aut universa recentioris originis esse constat. Contra in numero eorum carminum, in quibus adiectivum verb. minime frequens est, haec sunt:

c. 1 (A 1—317), in quo haec una adi. verb., si quidem ita vocanda sunt, exstant: ἀγέραστος 119, ἀπριάτην 99 ἀτρύγετος 316.

c. 28 (P 424—542), unum ἀτρύγετος 425 continens;

c. 30 (Σ 243—355, exordium carminis satis veteris de morte Hectoris), unum εὔξεστος 276 cont.

Jam paranti mihi eam tabulam accuratius examinare utilissimum esse videtur eam molem ita digerere, ut tres eorum vocabulorum classes esse statuam:

primam eorum, quae criticorum fere consensu a prisca Iliade afuisse videntur,

alteram eorum, quae priscae Il. assignanda esse videntur,

tertiam eorum, quae utrum veterum an recentiorum partium sint dubium est.

Qua quidem in re non infitior me Roberto, qui plerumque in damnandis Iliadis versibus fines a Christio delineatos excedit, cum alias saepe assentiri, tum in eo, quod de libris Z, M, Ξ, Π iudicat.

I. A vetustissima Iliade afuisse videntur:

ἀάατος (Ro. p. 119, 467), ἄβροτος, ἀγακλειτός (de Π 463 v. Ro. p. 100), ἀδάμαστος, ἀδήριτος, ἄδμητος (Ἄδμητος nom. propr. B 713, 714 Ψ 289, 391, 532 i. e. locis recentiss.), ἄθαπτος, ἀθέμιστος, ἄιστος (Ro. p. 467), ἀκήρατος (de O 498 v. Ro. p. 141), ἀκίχητος, ἄκλαυτος, ἀκριτόφυλλος, ἄλαστος, ἄλυτος (de N 37 v. Ro. p. 123), [ἀμαιμάκετος], ἁμαρτῇ (iure mireris id voc., quod vetustatis nota signatum esse videatur (v. Curt. Etym. [5] 340) perraro nec nisi locis dubiae antiquitatis inveniri; de E 656 v. Chr. p. 295 Ro. p. 189), ἀμαχητί, ἀμογητί, ἀμώμητος (Ro. p. 153), ἄνιπτος (Ro. p. 195), ἀνώιστος, ἄουτος, ἄπαστος, ἀπείρητος (Ro. p. 152, 426),

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀπόρθητος (Ro. p. 152), ἀπροτίμαστος (Ro. p. 243), [ἀπτοεπής], ἀπύρωτος, ἄρεκτος, ἀρηίφατος (de T 31 v. Ro. p. 242), ἄρρηκτος (Ro. p. 123, 135), ἀσήμαντος, ἀτελεύτητος (Ro. p. 92 ann.), ἀτίμητος, ἄτιτος (Ro. p. 111, 135), ἄτλητος, ἐλεόθρεπτος, εὔδμητος (Ro. p. 149 s. 102), εὔκτιτος, εὔννητος, εὔπηκτος, εὔπλεκτος, εὔπρηστος, εὔτμητος (de H 304 v. Ro. p. 174, qui veterem partem versu 272 finitam esse dicit), εὔτρητος (Ro. p. 119), ἴκεστος (Ro. p. 195), κοτυλήρυτος, νεόσμηκτος (Ro. p. 110), νεότευκτος, νεούτατος, ὀνομάκλυτος, πολυδάκρυτος, πολύκμητος (Ro. p. 201, 160), τηλέκλυτος, τρίλλιστος,

(56 vocabula fere in summa).

II. Priscae Iliadis esse videntur:

[ἀγέραστος A 119, dubium, num sit adi. verb.], [ἀδάκρυτος A 415], [ἀκήδεστοσ Z 60], ἀκορητος N 621, ἀπριάτην A 99, ἄτος (ἄατος) Λ 430, εὔξεστος H 5 N 613, εὐποίητος Π 106 (636 v. Ro. p. 101), εὔτυκτος O 480 Π 137, [ἠλίβατος O 619 Π 35; de O 273 v. Ro. p. 422], κλυτόπωλος Λ 445? μελάνδετος O 713?, πολύκλητος Δ 438? , πολύπλαγκτος Λ 308?, τηλέκλειτος Z 111.

(15 fere vocab.)

III. Dubiis locis exstant:

ἄαπτος A 567. Reditum deorum in Olympum et quae sequuntur cum alii viri doctissimi tum Robertus (p. 216) in dubium vocaverunt (exceptis paucis versibus). Quibus assentiri non dubito; nam video illud ἄαπτος ubique locis aut aetate inferioribus aut graviter suspectis esse; accedit quod in ipsis illis versibus (A 493—611) alia quoque adi. verb. offendunt (παλινάγρετος 526 ἀτελεύτητος 527 (κλυτοτέχνης 571) ἀνεκτός 573. V. etiam, quae ad ἀνάσχετος de Jove et Junone disserui. — H 309: Eam carminis partem postea additam esse praeter alios Robertus gravissimis argumentis docuit (p. 168 ss.). — Λ 169: Versus inepte assutus praeterea loco addubitato (A H. IV 98) et a Roberto secundae Il. vindicato est (p. 438). — Item M 166 N 49, 77, 318 Robertum secutus priscae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iliadi non cunctatus abnuo. (Librum N multitudine adiectivorum verb. solito maiore insignem esse iam supra monui; cf. ἄφθιτος 22 (δώματα ἄφθ.!) δινωτός 407 εὔτυκτος 26, 240 ἀκεστός 115 ἄρρηκτος-ἄλυτος 37, 360 ἀρίγνωτος 72 ἄτιτος 414 νεούτατος 539 παραρρητός 726 πηκτός 703 συμφερτός 237 ῥηκτός 323 νεόσμηκτος 342, quae ex parte ipsa per se suspecta sunt.) — Π 244: Vers. 242—245 nullo modo ferendi merito ab Hentzio aliisque eiecti sunt (A H. VI 18). — P 638 est in parte a Duentzero, Bernhardto aliis damnata (Chr. p. 575, A H. VI 86 s.). Robertus finem libri P a v. 593 a prima Il. alienum fuisse asseverat (p. 427). — Quae omnia cum reputo, dubium esse mihi videtur, num voc. ἄαπτος in vetere Il. fuerit, quamvis antiquitatis notam quandam prae se ferat.

ἄβλητος Δ 540. Vers. 539—544 cum Roberto (p. 177) damno, cum et ipsi illepidi et loquaces sint et ἅπ. εἰρημένα ἄβλητος et ἀνούτατος offendant. (V. A H. II 26 s.).

ἀγακλυτός Z 436 damno isdem de causis, quas ad ἀμβατός attuli.

ἀθέσφατος Γ 4, vocab. difficile ad interpretandum. Post Robertum (v. impr. p. 212) vix quisquam prooemium libri Γ veteri Il. assignabit.

ἀκήδεστος Z 60. Narratio de caede Adresti plena illa quidem vigoris et sanguinis est in parte a multis vehementer castigata (v. A H. II 121 s.); contra Robertus eos versus priscae Iliadis fuisse opinatur (p. 201). Ecquidem ut rem disceptare nequeo, ita illud moneo vers. 58—60 facillime eliminari posse; ceterum haud scio an id vocab. rectius ad subst. κῆδος quam ad verb. κήδομαι referatur.

ἀκόρητος exstat plerumque locis aut suspectis aut manifesto recentioribus; solum v. N 621, quem Robertus priscae Iliadi ita addicit, ut hoc versu ipso sequentibus eiectis Menelai orationem finiat (cf. p. 115) ne ipse quidem tangere audeo, quamquam non desunt, quae suspicionem moveant; velut vocab. ὑπερφίαλος (ibid.) excepto hoc loco nusquam in prisca Roberti Iliade exstat, immo Odysseae et recentiorum Il. versuum proprium esse videtur; sed in re incerta nimia μικρολογίᾳ uti nolo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀκράαντος B 138. Est versus Πείρας, quam Robertus ut ineptam eiecit (p. 218) praecedentibus aliis, cum alii eam defendere studeant. Quo in certamine quid sequar aut quem? Non nego valde me inclinare ad assentiendum iudicio eorum, qui librum B latissime recidere et expurgare parant; nam is liber cum universus, tum in ea parte quam πεῖραν vocant, abundat adiectivis verb. suspectis velut: ἄπρηκτος 121, 376 ἐξαίρετος 227 ἀκριτόμυθος 246 ὀψιτέλεστος 325 ἄκρητος 341 ἀπόβλητος 361.

ἄκρητος B 341 Δ 159. De priore versu vide, quae modo ad ἀκράαντος dixi. — Vers. Δ 159 a Christio praecedente Koechlyo eiectus, a Roberto parti posterioris originis addictus est (p. 209).

ἄκριτος B 796 Γ 412. Ille vers. et a Christio et a Roberto veteris Il. esse iudicatur. Mihi quidem et ἄκριτος et ἀλίαστος 797 non parvam molestiam afferunt, neque vereor v. 796—797 labefacere; nam neque intellego, quid sibi velit illa acerba et immerita Priami senis vituperatio in ea oratione, quae cum ad Troianos congregatos tum maxime ad Hectorem pertineat, et video ipsos versus praecedentes 790—795 a Roberto damnatos totamque eam Il. partem additamentis posterioribus varie mutatam esse; quibus quin aggregemus insulsos illos versus quid impedit? — De v. Γ 412 vide, quae supra ad δινωτός et νεμεσσητός annotavi.*)

ἀκριτόμυθος B 246 una cum ἀκριτόφυλλος, ἁμαρτοεπής, ἀνιπτόπους, [ἀπτοεπής], ἀφαμαρτοεπής tractandum est; quorum vocabulorum pleraque aut recentissimis aut addubitatis locis sunt, excepto ἀφαμαρτοεπής N 824, quem versum Robertus priscae Iliadi asscripsit; sed etiam eam partem alii in suspicionem vocaverunt (Chr. p. 475, AH. V. 12, 46). Ecquidem aegerrime adducor ut concedam illa vocabula singulari ratione composita priscae originis esse. Neque ipsum Robertum puto in eo libro (N), qui tot tantasque difficultates multisque numeris pugnantia inter se contineat, firmiter asseveraturum esse hunc vel illum verborum textum genuinum esse neque ullam mutationem perpessam esse. — ἀνιπτόπους Π 235 a Christio

*) Verbum μωμάομαι (ibid.) neque in Il. neque in Od. praeter hunc versum usquam legitur, nisi forte M 109 ἀμώμητος excipias. (β 86 μῶμος, Hes. op. 13 ἐπιμωμητὸς).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quidem litt. A notatum est; sed illae Achillis preces, quamvis sapiant vetustatem, et a Roberto (p. 96) et a Duentzero Kammeroque (AH. VI 17) recentioris originis esse dicuntur. Item ἀφαμαρτοεπής Γ 245 ut ad teichoscopiam pertinens vix antiquissimae aetatis sit. Ipsum autem ἀκριτόμυθος B 246, cum sit in narratione de Thersite, satis novicium esse cum Roberto aliisque duco.

ἄλληκτος B 452 Λ 12. Illum versum Roberti argumenta probans (v. p. 220) non possum veterem existimare; sed etiam v. Λ 12 omnino supervacaneus eiciendus est (v. Ro. p. 126, 493) nisi forte totum libri Λ exordium recentius esse cum Roberto malumus.

ἀλίαστος B 797 v. ἄκριτος. — Vers. Π 296 lacessere cogor; nam v. 295 et 296 parum elegantes esse videntur repetito vocabulo ὅμαδος neque ullo prorsus damno deesse possunt; ceterum video iam Naberum, Bekkerum, Koechlyum versum 296 spurium duxisse (AH. VI 50).

ἁμαρτοεπής v. ἀκριτόμυθος.

ἀμέγαρτος B 420 (alia lectio ἀλίαστος). Vers. 399—440 a Roberto priscae Iliadi defuisse dicuntur (p. 220); cui eo promptius accedo, quod ipsum verbum μεγαίρειν a partibus vetustissimis abest. (Δ 54 H 408 N 563 O 473 Ψ 865, in quibus v. O 473 ob eam rem excellit, quod Robertus eum Nauckii exemplum secutus ex illa Iliadis parte, quam ceteroquin vetustam esse censet, eiecit p. 141).

ἀμείλικτος Λ 137. Vers. 101—154 Robertus veteris Iliadis fuisse negat (p. 160). Cui si assentior, cum aliis argumentis tum eo nitor, quod narratio de Antimacho, qui Alexandri auro corruptus, ne Helena traderetur, omnium maxime impedivisse dicitur, notam posterioris originis prae se fert. (v. etiam Ro. p. 414.). Etiam usus verbi γουνάζεσθαι (130) recentioris aetatis esse videtur. Priscam enim vim eius verbi fuisse apparet „genua alterius amplexum orare“, non „genibus nisum (supplicem) orare“; id optime intellegitur comparatis inter se vers. A 427 et 500; v. etiam Φ 69 κύψας. Γουνάζεσθαι igitur eandem vim habuit quam γούνων λαβεῖν A 407, 500, γούνων ἅπτεσθαι A 512; cf. Z 45 λαβὼν ἐλίσσετο γούνων, deinde iam brevius eiecto λαβών: ἡ δ' αἰὲν ἐμὲ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

λισσέσκετο γούνων I 451. Eadem fuisse videtur vis verbi γουνοῦσθαι (cf. inter se Φ 71 et 74). Paulatim utriusque verbi vis mutata et oblitterata est, ut idem significare inciperent, quod „supplicare", atque etiam simpliciter „orare". (Cf. O 660 et 665; I 583 γουνούμενος υἱόν, i. e. filium, qui obstructis valvis a rogante patre separetur!) Quam significationem mutatam et recentiorem verb. γουνάζεσθαι etiam hoc loco Λ 130 habere ipsa res docet.*) (Etiam in v. X 345 γουνάζεσθαι iam illum sensum recentiorem habet; itaque non invitus eorum iudicio accedo, qui eam partem veteri Iliadi abiudicant (v. AH. VIII 14 s); ibid. 240 γουνοῦμαι sensu dubio adhibetur.)

ἄμοτον vox incertae originis num sit adi. verb. dubium est; invenitur autem nusquam fere loco indubitatae antiquitatis; solum v. N 40 Robertus priscae Iliadis esse putat (p. 122).

ἀνδρόκμητος Λ 371. Diomedis vulnerationem posteriori poëtae dandam esse Robertus splendide docet (p. 462 s). Ribbeckius vers. 371 et 372 diasceuastae opus esse putat manifesto absurdam vocans eam illius tumuli mentionem. (Jahrb. f. Phil. 85 p. 83.)

ἀνήκεστος E 394 O 217. Librum E ut antiquiorem, ita non priscae Iliadis fuisse Robertus probat (p. 177 ss.). Ipsos autem illos versus de Venere filio opem ferente et vulnerata libro E sero insertos esse et Robertus statuit (p. 557) et ante eum multi suspicati sunt (AH. II 67 ss.). — Nec minus v. O 217 cum praecedentibus versibus et ab Aristarcho et a permultis hominibus doctis nostrorum temporum reprobatus est (AH. V 102). V. et Rob. p. 422 ann. 1.

ἀνιπτόπους Π 235 v. ἀκριτόμυθος. Haud pigebit hoc loco admonere verbum νίπτειν (νίπτεσθαι, ἀπον.) in Odyssea quidem persaepe, at in Iliade et perraro nec nisi locis dubiis occurrere (Π 229, 230 K 575 Ω 305, 419); idem dicendum est de verbis derivatis χέρνιβον Ω 304 et χερνίπτεσθαι A 449; χέρνιψ Odysseae proprium est.

ἀνούτατος Δ 540 v. ἄβλητος.

*) verbum γουνάζομαι non nisi his locis exstat: A 427 Λ 130 O 665 X 345; γουνοῦμαι I 583 O 660 Φ 74 X 240.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀνουτητί X 371 in versu omnino tollendo. V. ἀγητός.

ἄπιστος Γ 106 videtur una cum Paridis et Menelai certamine a vetere Iliade afuisse. Cf. Chr. p. 240, Ro. p. 206, AH. I. 180 s. Ipsum illum versum 106 varie impugnatum et totam narrationem de Priamo arcessito Robertus illi certamini postea addita esse putat.

ἄπρηκτος B 121, 376 Ξ 221. De prioribus vers. v. Ro. p. 218 et quae supra identidem de ea libri B parte dixi. — Ξ 221 est versus ἀπάτης Διός et ob eam causam posterioris originis (Ro. p. 119).

ἀρίγνωτος N 72 O 490. Prooemium libri N merito a multis criticis in suspicionem vocatum est (AH. V 8 s. Ro. p. 123). -- Ac ne versum quidem O 490 quisquam veteris Iliadis fuisse obstinate asseverabit; vide de eius partis corruptelis et difficultatibus AH. V 111 s. Ro. p. 141.

ἀριδείκετος Λ 248. De recentiore eius versus origine videas Rob p. 155, 384, de variis libri Λ discrepantiis AH. IV 52 ss.

ἄρρητος P 37. Robertus vers. 1—131 Ionicae i. e. recentioris originis esse dicit (p. 80). Ceterum conferas de dubitatione, quam Euphorbus movit, AH. VI 36, 70 et impr. Rob. p. 79.

ἄσβεστος his locis est: A 599 Λ 50, 500, 530 N 169 540 Π 123, 267 P 89 X 96; quorum locorum tres Robertus priscae Iliadi inseruit: N 540 Π 123, 267; sed eorum quoque versuum duo: Π 123, 267 ab aliis valde addubitantur (v. AH. VI 13, 17), ita ut solus v. N 540 indubitatae fidei sit. Atqui is versus ipse, cum sit sensu satis vago et lato nec nisi antecedentis et sequentis narrationis coniungendae causa compositus esse videatur, parum valeat ad firmandam eius vocabuli fidem, praesertim in eo libro, quem varie interpolatum esse constet. Quae cum ita sint, ego quidem illi vocabulo ἄσβεστος, ut non audeo radicitus evellere, ita vehementer diffido.

ἄσπετος cum septies decies in Iliade occurrat, tamen in prisca Roberti Iliade non nisi bis (Π 157, 300) legitur. Attamen vereor eos versus insequi, quamquam uterque in similitudine exstat, quae quoniam cum Iliadis rebus gestis non necessario coniuncta est, exstirpari potest.

ἄσχετος Π 549 v. ἐπιεικτός.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀτος (ἄατος). E 388, 863 et Z 203 sunt locis sane dubiis et a Roberto aliisque labefactatis. Unus v. Λ 430 etiam a Roberto priscae Iliadi assertus est; quem versum nolo insectari, quamquam illud monendum est voc. πολύαινος (ibid.) excepto hoc loco carminum recentissimorum (I 673 K 544) esse. (Subst. αἶνος non nisi Ψ 652, 795.)

ἀτάρβητος Γ 63 v. ἐρατός.

ἀτέλεστος Δ 26, 57, 168. Jam illud mirum est id vocab. non nisi in libro Δ apparere. De suspecta eius libri fide v. AH. II 6 ss. et Rob. p. 209.

ἀτίμητος II 59. Cum tota illa carminis pars, tum vers. 59 multam multis haesitationem attulerunt. Cf. AH. VI 40.

ἀτρύγετος, voc. dubiae originis, (copiose eam rem tractat Goebel Lexil. II 348 ss.), quod cum vers. A 316, 327 et P 425 a Roberto priscae Iliadi insertum est.

αὐτόματος a vetere carmine afuisse verisimillimum est; nam ubique locis aut certe recentioribus aut vehementer castigatis exstat neque a Roberto in priscam Iliadem receptum est.

ἀφαμαρτοεπής Γ 215 v. ἀκριτόμυθος.

ἄφαντος Z 60 v. ἀκήδεστος.

ἄφθιτος B 46, 186. Ille versus a Roberto priscae Iliadis esse putatur, a Christio et aliis ea pars libri B suspecta habetur; contra versum B 186 Christius veteris, Robertus posterioris poëtae esse putat. Ecquidem omni cautione adhibita ut in re difficillima neque ullo modo absolute disceptanda hoc statuo: usus adiectivi verb. sensum activum habentis, velut illius ἄφθιτος, si βροτός, θνητός excipias, in Iliade admodum rarus est (ἀνάσχετος E 892 ex coniect. ἀτάρβητος Γ 63? ἐπιεικτός E 892, Θ 32 II 549 τλητός Ω 49 [ἀδάκρυτος A 415 ἀκηδέστως X 465 Ω 417] ἄπαστος T 346 ἀπείρητος M 304 (P 41 passiv.) ἄπρηκτος Ξ 221 αὐτόματος (quater) ἱππόβοτος (v. infra) ὀδυνήφατος E 401, 900 Λ 847 πολύπλαγκτος Λ 308). Sunt autem ii omnes fere loci dubii et haud scio an recentiores, exceptis ἀδάκρυτος A 415 et πολύπλαγκτος Λ 308, quae sola in Roberti prisca Il. exstant; verum ἀδάκρυτος fortasse rectius sensum passivum habere putatur = non perfusus lacrimis, cf.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Π 7 X 491 et Seiler-Capelle Wörterb. sub δακρύω, nisi forte id vocab. ab ipso substantivo δάκρυον ductum esse mavis, cf. ἀθέμιστος, ἀγέραστος, ἀκάματος; de πολύπλαγκτος postea suo loco, quid sentiam, dicturus sum. Accedunt illis verbis ἄβροτος Ξ 78 et ἄμβροτος, undecies hoc quidem in Il., sed semel in Rob. prisca Il. Π 867, in eius libri versu ultimo, quem deleri posse nemo negabit. Ceterum admonendum est verbum φθίνειν et in Iliade (Z 407 Π 461 X 61) et saepius in Odyssea sensum transitivum (= perdere) habere; sed ne sic quidem vetustas vocabuli ἄφθιτος probatur, cum ii versus aut interpolati aut certe recentiores sint. Cf. etiam, quae ad ἱππόβοτος, ὀδυνήφατος infra disseram. — Ceteri loci, quibus illud ἄφθιτος invenitur, certe documento esse non possunt id vocab. vetustissimum esse. — Dixi, quae ad eam rem de Homeri usu dicendi afferre potui; quae leviora esse, quam ut sufficiant ad damnandum voc. ἄφθιτος ipse video.

δουρίκλειτος vocab. satis rarum nec nisi in partibus a Roberto aliisque priscae Iliadi abrogatis.

δουρίκλυτος est multo frequentius: vicies fere in Iliade, bis (E 45 Λ 401) in Roberti prisca Iliade invenitur.

εὔξεστος in vers. H 5 N 613 priscae Il. esse videtur; at v. Π 402 (et v. 394—418) una cum Koechlyo, Roberto aliis (AH. VI 22 et Rob. p. 100) interpolatos esse iudico.

θεόδμητος Θ 519, sive Christium sive Robertum sequimur ducem, certe recentis originis est (Chr. p. 341, Rob. p. 133 ann. 1).

θέσφατα E 64 videtur substantivi loco adhibitum; ceterum versus ille praeter Aristarchum varie addubitatus est, idque mea sententia optimo iure.

ἱππόβοτος octies quidem in Il. legitur, sed semper locis a Roberto priscae Iliadi denegatis. (Γ 75 eorum vetustissimus esse videtur.) Id fortasse iis, qui Busolti et Belochi hypothesin de Argo Thessalica probant (cf. Cauer Grundfr. p. 153) aliquam molestiam afferre potest. Certe si vocabulum vetus est, non dubito, quin rectius interpretemur „ab equis depastus“ quam „equos pascens“ (v. ἄφθιτος), nisi forte illud cum Düntzero e numero

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adiectivorum verb. excludimus et ad βοτή sive βοτόν referimus. Cf. Seiler-Capelle Wörterb.

κηρεσσιφόρητος Θ 527 ita mihi videtur redolere recentiorem originem, ut non dubitem v. 523—529 cum Bekkero, Christio, Heintzio aliis (v. AH. III 105) aetati inferiori assignare. Robertus eum versum priscae Iliadi dat (p. 132); ipsum autem verbum φορέω (vicies septies in Iliade exstans!) nusquam in prisca Rob. Iliade restat excepto v. A 238; quin immo in v. O 646, quem ille retinet, textu mutato φορέεσκε eiecit (p. 144); vers. A 238 autem haud scio an posterioris originis sit, in quo vocabula δικασπόλοι et θέμιστας valde offendant, illud in Il. ἅπ. εἰρ., hoc plurali numero non nisi locis aut suspectis aut recentissimis adhibitum (B [206] I 99, 156, 298 II 387 in similitudine verbis turgida et propter rerum affinitatem a Rob. aetati prope Hesiodeae data p. 99). Id si recte se habet, illi versus libri A sic legendi sunt: φύλλα τε καὶ φλοιόν· ὃ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος etc.

κλυτόπωλος Λ 445 (Π 625 v. Rob. p. 100) — κλυτοτέχνης A 571 — κλυτότοξος Δ 101, 119 propter compositionis similitudinem una tractanda sunt. In Roberti prisca Iliade unum κλυτόπωλος Λ 445 reperitur. κλυτοτέχνης A 571 est loco varie vexato nec facile veteri Iliadi tribuendo (cf. ἀνεκτός Tab. A); item κλυτότοξος, quod libri Δ proprium est, vix priscae Iliadi vindicandum sit: Robertus quidem eam partem (ὁρκίων σύγχυσιν) recentiorem esse argumentis satis gravibus docet (p 209). Cf. etiam AH. II 13 s. — Iam si reputo haec tria vocabula cognatione quadam inter se coniuncta plerumque (excepto κλυτόπ. Λ 445) locis valde dubiis esse atque alteram classem adiectivorum verb. cum his artissime conexorum (vide ἀκριτόμυθος etc.) et ipsam recentiorum fere partium esse, valde dubitare cogor, num illud κλυτόπωλος Λ 445 iure priscae Iliadi tribuatur, praesertim cum vers. 441—445 multam haesitationem moverint. (AH. IV 111.).

μελάνδετος O 713 quamquam mihi valde incommodum et invidiosum est, tamen qua ratione tollam non video; attamen moneo et prorsus insolitam esse eam compositionem, cui vix ulla alia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

comparari possit nisi forte adhibebis νεόσμηκτος, νεότευκτος etc. ἡδόποτος (Od.), et versibus illis loquacibus 713—715 facile supersederi posse.

ὀδυνήφατος E 401, 900 Λ 847, quorum versuum nullus a Roberto priscae Il. insertus est. E 398—402 eiecerunt Koechly et Gross (AH. II 99); item Robertus totam illam narrationem de Venere vulnerata aetati recentissimae vindicat (p. 557); versum E 900 is non quidem priscae Iliadi assignat, sed tamen vetustiorem esse putat (p. 191); Λ 847 recentioris originis esse constat. — Eius vocabuli interpretationem usitatam (= dolores tollens) aegre mihi probari iam in prooemio huius libelli dixi; nam illud sensu activo adhibitum singularem locum obtinet neque ullam habet analogiam; (verba ratione compositionis proxima ἀνδρόκμητος, ἐλεόθρεπτος, κοτυλήρυτος, ἱππόβοτος, ὀνομάκλυτος alia et recentiora esse videntur et sensum passivum habent; v. etiam ἄφθιτος). Neque vero ita mirum est, si verborum intransitivorum vel deponentium, velut φθίνω, ἀνέχομαι, ἐπιείκω, θνήσκω, κήδομα, πειράομαι, μέμαα, πράττομαι Ξ 221 adiectiva sensum activum habent; sed difficillime adducor ut credam voc. ὀδυνήφατος, si veteris Iliadis est, quidquam aliud posse significare quam „doloribus interfectus, oppressus", si quidem ad ΦΕΝ referendum est (v. Göbel Lexil. I 218).*) Sed cum non habeam, qua alia ratione illud interpreter, illuc confugiendum est ut censeam ipsam eam vim et significationem activam originis satis recentis notam esse.**)

ὀψιτέλεστος B 325. Versus facillime deleri potest; praeterea in ea parte (πεῖρα) est, quam Roberti aliorumque vestigia secutus identidem posteriorem iudicavi.

---

*) Eadem de causa Goebeli interpretationem verbi ἄαπτος (v. Lexil. II 175 ss. impr. 178) = valde vibrans probare non possum.

**) In interpretando eo vocab. Christius mihi videtur rem acu tetigisse, cum mihi in colloquio diceret suspicari sese illud ὀδυνήφατα originem ducere ex ὀδυνήφας, τος et non ex ὀδυνήφατος; quodsi v. Λ 847 huic interpretationi repugnaret, id sibi documento esse originis recentissimae eius versus; idem vir amplissimus mihi benevolentissime permisit, ut illa sua interpret. uterer in hoc libello.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

παλιυάγρετος Α 526 in versibus a Lachmanno, Koechlyo, Teuffelio, Brandtio aliis haud scio an iure damnatis. Robertus saltem vers. 518—527 interpolatori dat (p. 216). Cf. ἀτελεύτητος. (αὐτάγρετος π 148, hymn. Merc. 474).

πολύκεστος Γ 371 Roberto auctore ut non priscae Iliadis ita satis vetustum.

πολύκλητος Δ 438. Eam partem Robertus priscam esse putat (p. 211). Ecquidem iudico priorem partem solam illius similitudinis (v. 433—436) priscam esse, at vers. 437—438 cum sequentibus interpolatoris manum et ingenium prodere; neque enim ex sermonis varietate Troianorum strepitus et clamor oritur, sed ex barbarorum more a Graecorum disciplina diverso (v. Γ 1—9). Sed ne cum simplicitate quidem priscae Iliadis convenire mihi videtur ingens ille sociorum numerus et varietas. Ob eandem causam etiam τηλέκλειτος, quamquam id a Roberto ter in priscam Iliadem receptum est, suspicionem mihi movet (de Troianorum sociis vide Rob. p. 369); nam puto eos socios, quo vetustiora tempora repetimus, eo minoris momenti in Iliade esse. (Etiam Pyraichmae, Paeonum ducis, mentio (Π 287) mihi ob eam rem molesta est.)

πολύπλαγκτος Λ 308, de quo idem statuo, quod de ὀδυνήφατος dixi: aut non vetus est, aut sensu passivo interpretandum est. Ceterum cum versus et antecedentes et subsequens suspecti sint (v. AH. IV 104), eis versus 307—308 non invitus adderem; certe negari non potest versu 298 eam similitudinem elegantissime finiri neque egere versuum 305—308 additamento gravi et a venusta simplicitate versus 298 moleste differente.

πυρίκαυστος N 564. Argumentis, quibus Robertus vers. 560—575 posteriores esse monstrat, illud adiungo, quod verbum μεγαίρειν (563) recentioris originis signum prae se fert; nam id verbum ubique locis valde dubiis aut manifesto posterioribus exstat. Cf. ἀμέγαρτος.

τηλέκλειτος Z 111 a Roberto priscae Iliadi vindicatur; idem etiam Λ 286 et O 425 id vocab. coniectura textui inseruit. Quid de ea re sentiam, supra (v. πολύκλητος) paucis dixi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τηλύγετος (si modo adi. verb. est) quamquam obscuram quandam vetustatem prae se ferre videtur, tamen nescio quo pacto nusquam excepto v. E 153 (in parte vetustiore, neque tamen a Rob. priscae Iliadi data) locis indubitatae fidei legitur, quin immo in libro I recentissimo saepissime invenitur; vers. Γ 175, in quo filiae Menelai et Helenae mentio fit, ob id ipsum suspectus est.

Iam vides eorum quoque adiectivorum verb., quae in tab. B collecta sunt, pleraque vetustissimis Iliadis partibus abneganda esse. In Roberti quidem prisca Iliade non nisi haec remanserunt:

ἄατος Λ 430 [ἀγέραστος A 119 ἀδάκρυτος A 415] ἀκήδεστος Z 60 ἀκόρητος N 621 ἄκριτος B 796 ἀλίαστος B 797 Π 296 ἁμαρτοεπής N 824 ἄμβροτος Π 867 [ἄμοτον N 40 ἀπριάτην A 99] ἄσβεστος N 540 Π 123, 267 ἄσπετος Π 157, 300 ἀτίμητος Π 59 [ἀτρύγετος A 316, 327 P 425] ἄφαντος Z 60 ἄφθιτος B 46 δουρίκλυτος E 45 Λ 401 (Σ 16 coni.) εὔδμητος Θ 519 coni. pro θεόδμητος εὔξεστος H 5 N 613 (Π 743 ex coni. Nauckii pro εὐεργής) εὐποίητος Π 106 εὔτυκτος O 480 Π 137 (156 coni.) [ἠλίβατος O 619 Π 35] κηρεσσιφόρητος Θ 527 κλυτόπωλος Λ 445 μελάνδετος O 713 πολύκλητος Δ 438 πολύπλαγκτος Λ 308 τηλέκλειτος Z 111 (Λ 286 O 425 coni.). Sed eorum quoque nonnulla supra labefecisse mihi videor. (Non indignum mentione videtur librum Π, quem omnium maximas difficultates habere et nimium quantum corruptum esse constat, saepissime in numero eorum locorum occurrere.)

Ita altera quoque tabula perlustrata et absoluta, si totius rei summam quandam statuere volumus, ex iis, quae disserui, haec effici ac probari videntur:

Adiectivum verbale in vetusta Iliade cum raro adhibitum est, tum maxime adiectivum verb. simplex (vel potius primi ordinis, ut ecquidem nominavi), perpaucis locis indubitatae vetustatis exstat; ex adiectivis verb. secundi ordinis ea, quae cum ἀ privativo composita sunt, saepius frequentata esse videntur, cetera magnam partem plus minusve suspecta sunt. Imprimis gravem suspicionem movent adiectiva verb. possibilitatem vel facultatem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quandam significantia (cf. ἀκεστός), nisi addita negatione (vel ἀ privativo) determinata sunt.

Praeterea de Iliadis usu adiectivi verb. animadvertenda sunt haec:

1. Comparationis gradus adiectivo verbali in partibus veteribus desunt aut certe nusquam leguntur; qui huc pertinent loci λεπτότατος Υ 275, 276 πιστότατος Π 147 (v. Rob. p. 93), ii cum recentioris originis sunt, tum probant in iis vocabulis recordationem originis ex verbo ductae iam tum oblitteratam fuisse.

2. Adverbii loco adiectivum verb. perraro nec fere nisi locis aetate posterioribus est:

ἀκηδέστως Χ 465 Ω 417	[ἄμοτον v. supra.]
ἀλίαστον Ω 549	ἀνεκτῶς Θ 355
ἄλληκτον (ἀλ.) Β 452 Λ 12 Ξ 152	ἀνουτητί Χ 371
ἀμαρτῇ Ε 656 Σ 571 Φ 162	ἀπριάτην? Α 99
ἀμογητί Λ 637	ἄσπετον Ρ 332

ἀμογητί et ἀνουτητί num adiectiva verb. sint, dubium est. Cf. ἀμαχητί, ἀναιμωτί, ἀνιδρωτί, ἐγρηγορτί, ἑκητί, μεγαλωστί, μελειστί.

Exceptis ἄμοτον Ν 40 et ἀπριάτην Α 99 ii loci omnes et a Christio et a Roberto aetati inferiori dati sunt.

Appendix.

I. Iliadis propria sunt neque exstant in Odyssea:

a) ἄητος, ἀκεστός, ἀμφίθετος, ἀμφίχυτος, ἀνάσχετος, ἀπόβλητος, διαμετρητός, δρατός, δωρητός, ἑλετός, ἐξήλατος, ἐρατός, εὐκτός, ἱμερτός, κεστός, κρυπτός, κτητός, κυρτός, ληιστός, λωβητός, ὀνοστός, ὀρεκτός, ὀρυκτός, παραρρητός, πρόκλυτος, πρόσφατος, πτυκτός, ῥηκτός, ῥητός, στατός, στρεπτός, συμφερτός, τιτός (lect. dub.), τλητός, τρωτός*), quae plerumque exceptis ἄητος, ἀπόβλητος, ἀνάσχετος, κτητός, κυρτός, ληιστός, ὀρυκτός, παραρρητός, στατός, στρεπτός non nisi singulis locis inveniuntur.

b) ἄβλητος, ἄβροτος, ἀγέραστος, ἀδάμαστος, ἀδήριτος, ἀκήδεστος, ἀκίχητος, ἀκόρητος, ἀκριτόφυλλος, ἀλίαστος, ἁμαρτοεπής, ἀμείλικτος, ἀμογητί, ἀμφήριστος, ἀμώμητος, ἀνδρόκμητος, ἀνήκεστος, ἄνιπτος, ἀνιπτόπους, ἀνούτατος, ἀνουτητί, ἄουτος, ἀπόρθητος, ἀπροτίμαστος,

*) verbum τρώω partibus vetustis deest (Μ 66 Ψ 341).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀπύρωτος, ἄρεκτος, ἀσήμαντος, ἀτάρβητος, ἀτελεύτητος, ἀτίμητος, ἄτιτος, ἄτλητος, αὐτόματος, ἀφαμαρτοεπής, ἄφαντος, (εἰκοσινήριτος vox obscurissima), ἐλεόθρεπτος, εὔκτιτος, εὔπλεκτος, εὔπρηστος, εὔτμητος, εὔτρητος, ἥκεστος, θεόδμητος, κηρεσσιφόρητος, κλυτόπωλος, κοτυλήρυτος, λεπταλέος, μελάνδετος, νεόσμηκτος, νεότευκτος, νεούτατος, ὀδυνήφατος, ὀνομάκλυτος, ὀψιτέλεστος, παλινάγρετος, πολύκεστος, πολύκλητος, πυρίκαυστος, τρίλλιστος, et ipsa maximam partem semel occurrentia.

II. Odysseae propria sunt:

a) ἀσκητός, ἀσπαστός, ἀμφίρυτος, ἀνάπυστος, (ἀνσχετός), ἀπόθεστος, γελαστός, ἐπίμαστος, ἐπίσπαστος, καταιβατός, κληιστός, κοσμητός, μαχητός, νητός, ὀνομαστός, ὀπτός, περίξεστος, περίρρυτος, περίσκεπτος, πινυτός (πινυτή subst. H 289; v. Rob. p. 174), πλαγκτός, πλωτός, ποτητός, πριστός, ῥαπτός,, ῥυτός, ὑφαντός, ὠνητός.

b) ἄγνωστος, ἀδέψητος, αἰγίβοτος, αἱμοφόρυκτος, ἀκήλητος, ἀλλόγνωτος, ἀμέτρητος, ἄναλτος, ἀνήμελκτος, ἀνήνυστος, ἀνήροτος, ἀπείριτος, ἀπήμαντος, ἄπνευστος, ἀπύργωτος, ἄπυστος, ἄσπαρτος, ἄτριπτος, αὐτάγρετος, αὐτοδίδακτος, ἀχάριστος, βούβοτος, εὔβοτος, εὔγναμπτος, εὐκέατος, εὔπτυκτος (lect. dub.), εὔστρεπτος, [ἡδύποτος], ἱππήλατος, κλυτοεργός, μελίκρητον subst., μυλήφατος, ναυσίκλειτος, ναυσίκλυτος, νεόδαρτος, νεόπλυτος, νεόπριστος, νήγρετος, παλαίφατος, παλίντιτος, πολυάρητος, πολυήρατος, πολύκλυστος, πολύλλιστος, πολυμνήστη, πολύτλητος, πολύτρητος.

III. In hymnis, batrachomyomachia, epigrammatibus leguntur haec nova adiectiva verb.: ἀγατός l. d., ἀγέλαστος, ἄδοτος, ἀδώρητος, ἄελπτος, ἄικτος lect. dub., ἀκουστός, ἄκτιτος, ἀλάμπετος, ἀμόγητος (Il. ἀμογητί), ἀνόητος, ἄπλητος l. d., ἄφραστος, ἄχρηστος, βρωτός, ἑλικτός, ἐπιγναμπτός, εὐήρυτος, εὔκλωστος, εὐκόσμητος, εὔστρωτος, θαυμαστός (θαυματός), θεμιτός, κλυτόμητις, λεπτουργής, μεστός, νεήφατος, νεόλλουτος, νεόπηκτος, οὐρανόδεικτος, περίκλυστος, πολυεύχετος, πολύκλαυτος, ποντοτίνακτος (ex coni.), τρισκοπάνιστος, χρηστός.

IV. Hesiodi quae feruntur carmina si vel summatim attigeris, invenies miram et insolitam multitudinem adiectivorum verbalium;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cumque in Iliadis editione permultae paginae hoc verborum genere omnino carent, Hesiodi carmina aegre evolvere poteris, quin singulis in paginis trina quaternave, atque etiam plura adiectiva verb. tibi occurrant; velut in unius theogoniae mille fere versibus leguntur quadraginta quinque adi. verb. plus septuaginta locis.

Sunt autem apud Hesiodum haec adi. verb. nova eiusque propria:

a) in theogonia: ἀδάητος 655 ἀλυκτοπέδη 521 ἀνάελπτος 660 ἀνάπνευστος 797 ἀνίκητος 489 ἄπλαστος 151 ἄπλητος 153, 315, 709 (v. hymn. Hom.) ἑξιτός 732 θηητός 31 μεγήρατος 240 πλαστός 513 στρωτός 798.

b) in scuto Herculis: ἄπλητος 147, 230, 250, 268 διόγνητος 340 θαυματός 165 (v. hymn. Hom.) φατός 230.

c) in operibus et diebus: ἄδηκτος 420 ἄζωστος 345 ἀθόλωτος 595 ἀκίνητος 750 ἀνεπίξεστος 746 ἀνεπίρεκτος 748 ἄπλητος 148 ἀπόρρυτος 595 ἁρπακτός 320, 684 ἄφατος 3 γαμετός 406 ἐπιμωμητός 13 θεόσδοτος 320 κακόχαρτος 28, 196 νήκεστος 284 (νήριτος 511) φατός 3.

(Versuum numeros dedi secundum Flachii editionem Teubnerianam).

Accedunt septuaginta fere adiectiva verb. plus minusve saepe occurrentia, quae Hesiodo cum Homero communia sunt; verum ea, cum ad praesentem materiam non ita valde pertineant, singulatim hoc loco persequi omitto.

Jam vides cum hymnorum etc. poëtas tum Hesiodum litteras Graecas magno numero adiectivorum verb. novorum, in quibus illa, quae possibilitatis vim habent, ceteris numero evidenter praestant, ditasse atque illud verborum genus fluminis instar exiguis ortum initiis paulatim nimium quantum auctum esse. (Quamquam admonendum est non pauca illorum Hesiodi verborum esse in versibus suspectis).

V. Ex numero substantivorum Iliadis haec fere ad adiectivum verbale referenda sunt:

ἀγοστός? incertae originis v. Goebel Lexil. II 613

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἄδυτον E 448, 512 videtur non ita vetus esse; v. Rob. p. 184 Chr. p. 292 ann.
ἀκμόθετον Σ 410, 476 in versibus recentiss. originis
ἀκτή? frux, dubiae etymol.
ἀκτή? litus, excepto B 395 in versibus recentior.
ἀλαλητός? v. Goebel II 478
ἀρετή? vocab. satis frequens, sed semel Λ 90 in Rob. prisc. Il.
ἀταρπιτός? Σ 565 v. Goebel II 399
ἄφλαστον? O 717 v. Curtius Etym. p. 722, Goebel I 290
ἀφυσγετός? Λ 495 v. Goebel I 150
βοτόν Σ 521 in hoplopoeia!
βουλυτός Π 779 secundum Rob. vetus
βροντή?
βροτός (inde deriv. βροτολοιγός)
γενετή Ω 535 γλουτός? δαίτη?
δετή Λ 554 P 663 Iliadis proprium; uterque vers. a criticis vexatus est.
ἑνετή Ξ 180 in parte recentior. orig.
ἠλακάτη? Z 491 v. Goebel I 56
θέσφατον? E 64 Θ 477 saepe in Od.
ἱστός? et composita v. Goebel II 381
κάπετος O 356 Σ 564 Ω 797, quorum vers. nullum neque Christ. neque Rob. veterem iudicat.
κασίγνητος (αὐτοκ.) vocab. perantiquum.
κολοσυρτός? κωκυτός? λωτός? νιφετός?
ξυστόν saepius, semel Δ 469 in Rob. prisc. Il.
ὀιστός ad veterem verb. copiam pertinens.
οὐλόχυται A 449, 458 B 410, 421; Rob. priscae Iliadi deest.
ὀχετός in vocab. ὀχετηγός Φ 257 v. Curt p. 192
πινυτή H 289 in carminis parte non ita vetere. (πινυτός in Od.)
ποτόν in Rob. prisca Iliade non legitur.
πρόβατον Ξ 124 Ψ 550, in versibus, quos cum alii tum Christ. et Rob. recentissimae aetati dederunt.
σπάρτον? B 135 in parte varie impugnata
στρατός vetus vocabulum
τελευτή? ὑετός?

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

φυτόν Ξ 123 Σ 57, 438 Φ 258; sunt autem omnes hi versus originis recentioris; v. Φ 258 (in similitudine suspecta) a Roberto quidem carmini de morte Hect. insertus est, sed haud scio an iniuria; v. ὀχετηγός 257.

χόρτος? Λ 774 Ω 640.

Eorum vocabulorum, quorum magnam partem invitus in eam tabulam recepi, ne quid praetermisisse viderer, apparet pleraque aut recentiora esse aut propter suffixi τος similitudinem si non falso, at temere in numerum adiectivorum verb. referri, cum sint mera substantiva origine; ceterum de eius rei difficultate deque prisca et adhuc obscura substantivi et adiectivi per τος desinentis affinitate videas, quid statuat Brugmannus (Grundr. II 205 ss. 444 ss. impr. 447).

VI. E nominibus propriis Iliadis non nisi haec ad adi. verb. pertinere videntur:

᾽Ἄδμητος ᾽Ἄδρηστος ᾽Ἄρητος ᾽Ἔλατος? Εὔρυτος? Ἥφαιστος? ᾽Ιαπετός? Κλεῖτος Κλυταιμνήστρη Κλυτίος Κλυτομήδης Κτέατος? Λειώκριτος Λεκτόν? Λύκαστος? Λύκτος Μηδεσικάστη (Od. ᾽Ἄκαστος ᾽Επικάστη Πολυκάστη) ᾽Οφέλτιος? Σηστός? Σπάρτη? Φαῖστος Φαιστός.

Ad finem perveni operosi libelli quem ad Homeri crisin, ut non nova et inaudita itinera muniverit, ita non nihil attulisse confido. Nam ut multorum illorum, qui ad montis horridum cacumen glacie opertum nituntur periculis et difficultatibus neglectis, paucis contingit, ut in summum montem perveniant, ceteri invito animo subsistere atque etiam pedem referre coguntur, sed ne sic quidem operam perdunt, immo vero ipsi quoque pro viribus conferunt ad montis naturam melius cognoscendam, ita meum quoque laborem non prorsus inutilem fore spero ad Homericae quaestionis partem quantulamcunque illustrandam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf